



Universitätsbibliothek Paderborn

Lignvm Vitae, Ornamentum, & Decus Ecclesiæ

In Qvinque Libros Divisvm. In quibus, Totius Sanctiss. Religionis Divi Benedicti initia; Viri Dignitate, Doctrina, Sanctitate, ac Principatu clari describuntur: & Fructus qui per eos S. R. E. accesserunt, fuissimè explicantur

Wion, Arnold

Venetiis, 1595

Informatio Ad Stemmata illa depingenda, quæ in folio separato continentur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38397

INFORMATIO AD STEMATA

illa depingenda, quæ in folio separato
continentur.



PTASSEM equidem ut Pictor, Fun-
datorum, Pontificum, Imperatorum,
Regum, aliorumque Principum insignia,
in Arbore ipsa, proprio quoque loco inse-
ruisset: sed cum id commodè, ob eorum multitudinem, fieri
posse negaret, cupiens ego Arborem ipsam omnib. suis nu-
meris, quantum fieri posset diligentissimè, ad perfectum
reduci; necessitate coactus, folium ab Arboris corpore se-
paratum incidi laminis etiam æneis curavi, in quo prædi-
ctorum omnium Arma gentilitia, tam antiqua, quàm re-
centiora, aliquo facili ordine exposita reperirentur. Sed
cum stemmatum colores typis reddi nequeant, & Lecto-
ris, ac penicelli opera requirantur, primis notis, ut sum-
mam manum addat, hanc colorum rationem hic inferere
volui, ignotam multis, omnibus necessariam, ne aliqua
ex parte Lectori voluptas deesset, & ex hoc suo labore,
utilitatis etiam fieret particeps. Aduertat tamen quod
Stemmata illa, quæ nomen aliquod proprium præ se fe-
runt, illis solis seruiunt, quorum nominibus ornantur.
At illa quæ Regni, Ducatus, vel Marchionatus, titulis
prænotantur, illorum Principum esse dignoscuntur, qui
Regno illi, uel Prouinciæ dominati sunt, prius quam ad
Monachismum accederent: ita ut insigne aliquod, non-
nunquam duabus, tribus, quatuor, aut pluribus perso-
nis inservire noscatur. Cum verò huiusmodi principa-

E E c c t u s,

tus, aut Regna, non semper idem insigne gesserint, sed pro temporum ratione, vel personarum voluntate, aut accidentali aliquo egregio facinore, Arma ipsa nonnunquam mutari necesse fuerit: talis mutationis actus admissim hic observatus, ut Lectori manifestum fiat, qui Principes primi, secundi, vel tertij stemmatis, vitam Monasticam sint amplexi. In his autem describendis, primo nomen Armis affixum apponemus; deinde cuius persone, regni, principatus, vel coloris sint dilucidè explicabimus. Iam igitur, humanissimè Lector, te operi accinge, thecas explica, industriam exhibe, minium para, nec auro parce. Quantum illustraveris rem dignam, & qua nihil illustrius, illustrasse te minus unquam pœnitebit. Vale, et me tuis precibus apud Deum commenda.

CAMALDVLENSSES.

Scutum in palum diuisum, hinc ad dextram Mons aureus ex lapidibus quindecim, à quinque vsque ad vnum gradatim minuedo structus, quem Leones aurei duo erecti vtrinque ascendere, ac superare nituntur, in cæruleo campo. Et hoc est S. Romualdi fundatoris Camaldulensium, ex Saxorum Rauēnatum familia, insigne. Illinc ad sinistram geminæ candidissimæ Columbæ, ad calicem aureum, cui cometa aureus superest, sanguinem Christi bibituræ, in area cærulea, quod est RR. PP. Camaldulensiū insigne, conspicitur.

VALLUMBROSANI.

Insigne perpendiculariter partitum, dextra, quæ ad perpendicularum similiter diuisa est, ex vna parte Leo erectus rubeus in area candida: ex altera, media crux fulua in sanguineo campo; quod est S. Ioannis Gualberti fundatoris insigne. Læua, brachium fuluum cucullatum, pedum aureum, in stamine cæruleo tenens, quod est RR. PP. Vallumbrosanorum symbolum.

CISTERTIENSES.

In clypeo ad perpendicularum partito S. Roberti fundatoris stemma, scilicet, tres zonæ argenteæ transuersæ à dextra in sinistram

ma azura, prætexta sanguinea munita, quam alia latior cærulea stellis aureis seminata insequitur, dextram occupat: Sinistram verò RR.PP. Cisterciensium insigne, brachium uidelicet cucullatum candidum baculo pastoralis aureo ornatum, quibus zona in duas lineas dissecta, tessellisque sanguineis, & argenteis scaccata superest, in campo cæruleo.

MONTIS VIRGINIS.

Vimbo partitus, prima parte, Versus fulvus, terræ viridi insidens, cingulisque duobus cæruleis circumcinctus, in argenteo campo, est S. Gulielmi fundatoris insigne. Alia parte Crux argentea, tribus argenteis montibus infixa, litterisque duabus argenteis cincta, cui lobus aureus, auro coronatus, & cruce nigra signatus, in campo cæruleo, superest; est RR.PP. Montis Virginis symbolum.

HUMILIATI.

Agnus candidus, terræ viridi insidens, & breue argenteum, cui, Vincit omnia Humilitas, litteris nigris inscriptum est, ore tenens, in area cærulea; est RR. PP. Humiliatorum insigne.

CŒLESTINI.

Dextra Leo rubeus, cui zona rubea superest, in campo argenteo: hoc est S. Cœlestini V. Papæ, fundatoris Cœlestinorum, insigne. Sinistra, Crux nigra, littera S. eiusdem coloris accincta, in area candida; quod est Religionis symbolum.

OLIVETANI.

Ad dextram S. Bernardi Tolomæi fundatoris stemma, uidelicet fascia, & tres lunæ crescentes, argenteæ, in aere cæruleo. Ad sinistram Religionis insigne, tres montes uirides, quibus crux sanguinea duobus oliuarum ramis viridis coloris, hinc inde circumdata infixa est, in campo argenteo.

AVISIENSES MILITES.

Dextram tenet Alphonsi Portugalliæ Regis, Ordinis fundatoris insigne, quinque scuta cærulea, quorum vnumquodque quinque puncta (alij tesseras, siue aleas nominant) argentea in crucis modum in se continet, in clypeo candido. Sinistram, crux sanguinea florida, in cuius inferioribus duæ auiculæ nigræ insident, in aureo scuto, Religionis insigne.

CALATRAVÆ MILITES.

In dextris Leo purpureus, in argenteo campo, quod est Sancij Regis Legionis insigne. In sinistris crux sanguinea florida duabus pedibus cæruleis in inferioribus, septa, in aureo umbone, Religionis insigne.

EEcc 2 AL-

ALCANTARÆ MILITES.

Crux viridis florida, duobus compedibus, siue cypis lafulis ad ma circumsepta, in argenteo campo, in cuius medio aliud scutum aureum, Pyro arbore viridi ornatum superest, quod est Religiosis uetus, & recens insigne.

MONTESIÆ MILITES.

Pars dextra Jacobi Regis Aragoniæ insignibus insignitur, sunt illa quatuor fasciæ rubæ, & quatuor aureæ, parib. ad perpendicularia. Sinistra Religionis arma exhibet, quæ sunt, scutum quadripartitum, dextra, & laeva, mōs ceruleus, in lilii modum floridus, in campo aureo: laeva & dextra, in illa crux sanguinea florida, in clypeo aureo: in ista, crux nigra & plana in candido campo.

MERCENARII MILITES.

Scutum partitum, superiore parte crux candida, in æquore sanguineo: inferiore quatuor pali rubentes, & totidem aurei. Nonnulli adiungunt ad scuti medium fasciam auream.

IESU CHRISTI MILITES.

Hinc ad dextram, Dionysij Lusitaniæ Regis, Ordinis fundatoris insignia uetera, ad quæ circum clypeum adiuncta Castellæ insignia, septem scilicet castella aurea, in campo rubente; Illinc ad sinistram, ipsius Ordinis symbolum, Crux sanguinea, alia cruce candida inserta, in aere candido.

S. STEPHANI MILITES.

Pila sex, quarum quinque rubæ trianguli specie concinnate, at superioris ordinis media Regum Francorum insignibus, ex eorundem dono decorata est; his accedit Crux Ordinis sanguinea, auro coronata, in aureo campo.

CONGREGATIO GALLICA, ET SICVLA.

Duo Leones aurei, in rubro, panē aureū unguib. priorib. tenētes.

CONGREGATIO CLVNIA CENSIS.

Claues duæ, una aurea, alia argentea, quas gladius argenteus, capulo aureo ornatus coniungit, in rubenti planicie.

CONGREGATIO CASINENSIS.

Scutum partitum, à dextris arma Ludouici Barbo reformatoris, uidelicet, Leo aureus, lingua rubea, cui zona transuersa aurea superest, in ceruleo campo; A sinistris Congregationis insignia, crux, Pax, & montes aurei, in cerulea parma.

CONGREGATIO HISPANICA.

Leo candidus, ad turrin candidam insiliens, in campo rubeo.

S. B. E.

S. BENEDICTVS I. PAPA.

Scutum tripartitum, ad dextram liliū aureū, in cæruleo; ad sinistram argenteū, in eodem; inferius cæruleū, in auro.

F. Petrus Lucius Belga in Bibliotheca sua Carmelitana, hæc insignia videtur tribuere Benedicto XII. Papæ, quantum videlicet ad formam, & materiam, colores enim suos non exprimit; at nos ex Pannino, & Giaccone, alia eidem tribuimus, uti infra patebit.

S. Gregorius I. Papa.

Duo Leones aurei seinuicem respicientes, in campo rubente, (siue vt nonnulli alij volunt cæruleo) panem aureum unguibus prioribus frangentes.

S. Bonifacius IIII. Papa.

Crux Andreana cærulea, quam alia eiusdem coloris quattuor minores circumstant, in candido clypeo.

S. Adeodatus Papa.

Argenteæ quædam litteræ, in cæruleo campo, prætexta aurea munito.

S. Stephanus IIII. Papa.

Cuspis rubra inuersa trabem (hic cheuronus vulgò uocatur) argenteam continens, in scuto argenteo.

S. Paschalis I. Papa.

Litteræ quædam argenteæ, in campo cæruleo.

S. Leo. IIII. Papa.

Litteræ nonnullæ argenteæ, in uiridi Scuto.

Ioannes XIX. Papa.

Scutum in fasciam partitum, in cuius superiori parte rubra, Luna aurea crescens: inferior aurea.

S. Leo IX. Papa.

In scuto aureo, aliud scutum rubeum, quod Leo argenteus occupat, quibus superest carbunculus cæruleus, globulis, & floribus dimidiatus.

S. Stephanus IX. Papa.

Zona transuersa rubida, cui insunt cassidæ, siue alaude tres argenteæ, in aere croceo.

S. Gregorius VII. Papa.

Leo rubeus, crucem erectam prioribus pedibus tenens, in campo argenteo.

B. Victor III. Papa.

Anuli tres aurei, in stamine caruleo.

B. Urbanus II. Papa.

Scutum diuisum, superior pars, siue caput argenteum, ubi Aquila nigra volitans: inferior rubris, & argenteis tessellatis distincta, siue scaccata.

S. Paschalis II. Papa.

In aere caruleo, auis, siue pernix candida, rostro coronam spinis argentam ferens.

S. Gelasius II. Papa.

Scutum quadripartitum, partibus dextra, laeuaque argenteis; Laeu uero, & dextra rubeis; quod est in hodiernum ciuitatis Caietæ insigne, in qua olim nostri Gelasii antecessores dominationem habuisse noscuntur.

A N N O T A T I O.

Quamuis non me fugiat alia insignia a Pannino, nonnullisque aliorum recentioribus, qui familiam Caietanam Caietæ, à familia Caetana Anagnina non discreuerunt, huic nostro Gelasio tribui, utpote undas duas caruleas à dextra in sinistram transuersim protensas, in campo aureo, quod est familie Caetane Anagninae symbolum: nequaquam ramen eorum opinioni standum censui. Familia namque Caetana Anagnina, multis seculis Caietana Caietæ recentior est, nec originem suam alius potest deducere quam ab quodam Mattheo, Bonifacii VIII. Papæ Auo, qui sub Manfredi Siciliæ Rege, (qui annis fere ducentis Gelasio nostro fuit posterior) anno Domini circiter 1160. ductor Equitum fuit, & probatæ suæ clara trophæa reliquit; primusque omnium, uel certe ut alij volunt Luitfridus filius eius, Bonifacii VIII. pater, huiusmodi undas caruleas pro stemmate gentilitio sibi sumpsit.

Deinde ipsimet Caetani Romani, uel Anagnini, constanter assertum traxisse se originem, non ex Caietæ, uel familia Caietana quæ Caietæ dominabatur; sed ex Anagnina ciuitate in Hernicis: siue ut Panninus habet in chronico Pontificum Romanorum, ex Hispania. Et hinc in causa ut se totos a Caietana familia Caietæ alienos ostendant, non Caetanos, per. i. sed i. reiecto, Caetanos, se nominant; id ipsum obseruatum

& in subscriptione vulgari, nam cum illi Gaetani per G. hi Caetani per C. semper se subscribunt.

Antiquitatem vero, & Potentiam familie Caietane Caietæ habemus, illam quidem in hoc Ioanne Gelasio qui anno 1088. centum septuaginta & amplius ante Mattheum annis, ab Urbano Papa II. in Cardinalium numerum relatus est: item & ex Gregorio Caietano, qui eodem ferè tempore, a Paschali Papa II. Cardinalis S. Lucie in septisolio est renunciatus: Petroque Caietano Cardinali, alti ingenii viro, & rerum gestarum gloria præclaro, qui a E. Thoma Fazello lib. 7. c. 5. poster. decadas, & Hugone Falcando de Sicilia calamitatibus, centum item ante Mattheum annis, anno 1170. memoratur. Hanc vero, cum in aliis, tum maxime apud Flauium Blondum Foroliuiensem, lib. 4. decad. 2. de inclinatio imperii, qui loquens de altercatione illa quæ fuit inter Gelasium II. & Henricum V. Imper. sic de potentia Caietane familie concludit: Paucis inde elapsis diebus Pontifex inuitatus ad diuina in S. Prædis Ecclesia celebranda, cæsi Fraiepanos timebat uicinos, tamen Romanorum Corforum, & Crescentii Caietani Nepotis sui uiribus, ac tutelæ filius accessit. Et hæc pro armis Gelasii nostri dicta sint breuiter, essent namque alia argumenta fortiora huius insignis; sed illa ad alia tempora reservamus.

Callistus II. Papa.

Leo cæruleus, corona aurea redimitus in aureo campo, frustulis cæruleis disperso.

Eugenius III. Papa.

Scutum diuisum, superiori parte bipartitum, prima nigra, secunda candida; inferiori tripartitum, dextra tres calices argentei in cæruleo; sinistra, caput Sancti argenteum, in eodem; media, Episcopalis infula, prædumque pastorale, argentea, in stamine nigro.

Anastasius IIII. Papa.

Fascia rubea Scutum diuidens, pars superior aurea, cui duo leones uirides insunt; inferior similiter aurea, uairis cæruleis respersa.

Hadrianus IIII. Papa.

Gladius argenteus fractus, in umbone sanguineo.

Innocentius IIII. Papa.

Zonæ transuersæ argenteæ quatuor, in cæruleo æquore.

Alexander IIII. Papa.

Aquila nigra, aureis tessellulis respersa, siue scaccata, i aere roseo.

Benedictus X I I. Papa.

Insigne diuisum, in superiori parte rubra, duæ claues, una aurea, altera cærulea, siue ut alij, & rectius habent, argentea: in inferiori similiter rubra, aliud scutum argenteum. *Tribuuntur attamen alia à E. Petro Lucio, uti superius diximus, nos potiorẽ sequamur opinionem.*

Clemens V I. Papa.

In parma candida, zona transuersa rubea, & Rosæ sex rubræ, auro dimidiatæ.

S. Urbanus V. Papa.

Inferior scuti pars aurea in cuspidẽs quatuor dissecta, in campo rubeo.

S. Lotharius Imperator.

Scutum in palum partitum, hinc ad dextram, media Aquila nigra, corona, rostro & pedibus rubris, in aere aureo: illinc ad sinistram scutum cæruleum, liliis aureis innumeris respersum.

Iudith Imperatrix.

Crux aurea in campo sanguineo: quod est Altorffensium stema.

S. Richardis Imperatrix.

Leo rubeus, prætexta cærulea, duplici tractu rubeo contrapostis liliis confita, circumdatus, in stamine aureo, quod est Regum Scotorum stema secundum.

Vuilla Imperatrix.

Vmbo cæruleus, innumeris liliis aureis resperfus. *Hoc insigne, usi sunt omnes Francorum; Burgundionum; Austrasianorum; Arelanorum; Germanorum, Aquitanorum; Prouinciæ; Italia, ex Francis Reges, filii, & filia Regum, ab anno 530. usque ad Odonem Gellia Regem, qui primus lilia tria aurea in campo cæruleo fertur gestasse, anno Domini 891. siue ut alij uolunt usque ad Carolum eius nominis VI. qui eius auctor prædicatur fuisse anno 1380. uel paulo post.*

S. Adelheidis Imperatrix.

Corona Regalis cærulea, in aureo clypeo. *Philibertus Pingonius in arbore Sabaudica, Felem murem occidens nigri coloris, in aureo campo huic tribuit: at illa, insignia erant ueterum Regum Burgundia ex Gothis,*

Gothis, uti infra videbitur. Alii, inter quos & Laxius, Leonem rubrum, cæruleo coronatum, in auro: sed ea Comitum Habsburgiorum fuisse manifestum est.

S. Mathildis Imperatrix.

Leones duo iubati cærulei, auro coronati, in campo aureo.

S. Cunegundis Imperatrix.

Leo aureus, rubro coronatus, in atra planicie.

Gumildis Imperatrix.

Leones tres iubati, siue, ut aiunt, Leopardati, cærulei, eodem coronati, in auro.

S. Agnes Imperatrix.

Leopardus aureus, in campo sanguineo.

S. Prædix Imperatrix.

Scutum in fasciam diuisum, superiore parte aurea, inferiore rubra; hic scale argenteæ, illic dimidiatus Leo ater est.

Imperium Constantinopolitanum.

Stemma partitum, dextra Aquila biceps aurea, in aere roseo; sinistra crux aurea, quatuor focilibus, siue ignariis aureis septa, in igneo campo.

Angliæ Orientalis Reges.

Campus diuisus, in superiori parte rubra; pullus Equinus ater ad sinistram insiliens; in inferiori argentea Cythisi folia tria rubra, quæ antiquitas Lunas credidit. De primis licet falsa videantur, ob colores colori suppositos, quod in armis non conceditur, sic tamen de eis canit quidam nostri temporis Poeta.

In scuto antiqui generis monstratur origo,

Pullus Equi niger, Aethonis de semine creti,

Qui fugat hinnitu stellas, roseoque domatur

Lucifero, uelox Aurora nuncius alba.

Item & de secundis sic prosequitur.

Chypeoque insigne paternum,

(Aspice) puniceæ niueo in subtegmine cycli,

Trina quibus folia incumbunt fluminalis herba,

A Nympha, quæ nomen habet: sunt credita vulgo

Corda, vel aureolæ sinuantia cornua Lunæ;

Vera sed antiqui generis pictura reclamationat.

Angliæ

Angliæ Regum I. id est Primum insigne.

Vimbo rubeus, siue cæruleus, innumeris coronis aureis resperitis. Hoc stemmate usi feruntur Angliæ Reges ab Egberto, usque ad Gulielmum conquestorem; à cuius temporibus, usq; ad tempora Edouardi III. Regis, Angliæ Reges, Leones aureos tres iubatos, siue Leopardos, in campo sanguineo gesserunt, quod fuit insigne Angliæ secundum: cuius exemplar extat in Arbore ad S. Augustinum in prima Rami quarti figura.

Angliæ Regum III.

Scutum quadripartitum, prioribus duabus partibus, Franciæ Regum insignia; posterioribus, Angliæ stemma secundum. Hoc insigni primus usus est Edouardus III. qui Regno Franciæ inhiabat, à matris Isabellæ Francæ successionem, anno Dom. circiter 1340.

Aragoniæ Regum.

Crux sanguinea, in argenteo clypeo, & quatuor circum clypeum capita Maurorum nigra, fascia rubra colligata.

Ascaniæ Regum.

Partitus campus, superiori parte argentea, Aquila cærulea; inferiori diuisa, hinc ad dextram Leo rufus iubatus in auro; illinc ad sinistram Draco aureus, in aere roseo. Hoc insigni utebatur S. Bathildis Franciæ Regina, Beringeri Ascaniæ Regis filia: non autem Sannico, ut reliquit nobis Pingonius, sed minus recte, in Arbore Sabaudia, ut patet manifestè cum ex Genealogistis Germanicis, tum maxime ex Poeta supracitato, qui loquens de Patre S. Bathildis, eiusq; insignibus, sic inter cetera ait;

Tum ueteris regni adijciunt monumenta Napee
Auratumq;, Henetis gestatum exinde, Draconem,
Ceruleeq;, Aquila partem, rubeumq;, Leonem.

Et alibi,

Stat vexilla tenens Aquile, toruiq;, Leonis,
Et Colubri alati.

Austrasiæ Regum.

Alaudæ quinque, siue ut alij uolunt indeterminatæ, argenteæ, in aere roseo.

Austriæ Archiducum.

Fascia argentea, in clypeo rubeo.

Angliæ

Austrasie Mosellæ Ducum.

Scutum aureum, cruce sanguinea ornatum, quibus carbunculus cæruleus superest.

Bavariæ Regum.

Scutum dissectum in tesseras, primus ordo argenteus, secundus cæruleus.

Bavariæ Ducum.

Stemma quadripartitum, secundis partibus Leo aureus, rubro coronatus, in nigro; primis uero, campus tessellatus Bauaticis dissectus.

Berta Berengaria.

Tres fasciæ aureæ, in rubenti planicie; quod erat Berengarium Imp. stemma.

Boemiæ Regum.

Aquila nigra, auro coronata, in aere candido.

Britanniæ Armoricæ Regum, & Ducum.

Scutum argenteum, maculis nigris mutis pontici (uulgò Hermiones) infectum.

Burgundiæ Regum.

Felis murem Occidens nigri coloris, in area aurea; quod erat primorum Regum Burgundiæ, ex Gothis, insigne.

Burgundiæ Ducum.

Zonæ aureæ tres, & totidem cæuleæ, transuersæ, prætexta rubea munitæ.

Castellæ Comitum.

Zona argentea transuersa, hinc inde auro perfilata, in campo purpureo.

Estensium Marchionum.

Aquila argentea, siue candida, in aere cæruleo uolitans.

Fori Iulij Ducum.

Aquila aurea, campum cyaneum, siue uenetum peruolans.

Hungariæ Regum.

Stemma diuisum, dextra crux sanguinea, tribus montibus rubris infixa,

infixa, in campo argenteo; sinistra, fasciæ candidæ quatuor, & totidem rubræ.

Hiberniæ Regum.

Vmbo palipartitus; hinc in auro brachium armatum, gladium erectū tenens, blanii coloris; illinc in argento media Aquila nigra.

Hispaniæ Legionis Regum.

Leo lasulus, siue purpureus, ut malunt alii, in area candida.

Hispaniæ, Castellæ & Legionis Regum.

Scutum quadripartitum, ex una Castellæ insignia, castrum aureum, in rubro; ex altera, Legionis stemmata, Leo lasulus, in argento.

Longobardorum Regum.

Insigne in quatuor partes diuisum; primis duabus, Aquila biceps rubea, eodem coronata, in auro; secundis posterioribus, Leo aureus, rubro coronatus, in atro.

Merciorum Regum.

Draco aureus, in ære cœlestino uolitans.

Moraviæ Regum.

Aquila tesserulis argenteis & rubris dissecta, rostro, & pedibus aureis, in cœruleo campo.

Mumoniæ Regum.

Dimidiatus ceruus aureus, ex aurea turre super pratum nitide exiliens, in clypeo turchino, siue azuro.

Nauarræ Regum I.

Crux argentea, ex ære cœruleo dependens.

Nauarræ Regum II.

Cathena aurea, smeraldo dimidiata, in campo sanguineo.

Normandiæ Ducum.

Leones iubati aurei duo, in rubenti planicie.

Northumbriæ Regum.

Scutum fascipartitum, superiore parte, aureum; inferiore purpureum.

Obotritorum Regum.

Caput Vri (uulgò Bufali) nigrum, cornibus, & anulo in naribus aureis, in area rubea.

Saxonum Orientalium, & Occidentalium Regum.

Insigne in fasciam diuisum; superiore parte palipartita; hinc à dextis Leo rubeus in auro; illinc à sinistris, Draco autem, in rubro; inferiore argentea, in qua folia cychi rubra tria, quæ uulgus triplicatas lunas credidit. De quibus sic prænominatus Poeta:

*Parma gerit rubeos albentis in equore campi
Orbiculos; quos alba triplex superintegit herba
Candentis Cychisi; rutilumque umbone Leonem
Aurato; & crocei fert lurida terga Colubri,
Aere qui volitat roseo, & uamū ore sauiillas.*

Saxonie Ducum.

Pullas Equinus albus, ad sinistram insiliens, in parma sanguinea. De cuius conuersione de nigro, in album, sic Poeta:

*In clypeo effigies pulli monstratur Equini,
Ardua qui celeri volitans petit æthera cursu;
Quem nigrum deinceps, insertum umbone rubello
Non virtutis aut inmemores gesserē nepotes
Florida qua per prata cauo fluit amne Visurgi:
Donec in albertem mutauerat omine sacro
Carolus, Ausonii iustissimus arbiter orbis.*

Scotia Regum.

Leo rubeus, vnguibus in proximos insurgens, in aurea planicie.

Sueuorum in Hispania Regum.

Felis argenteus erectus, auro coronatus, in campo uiridi.

Suevia Regum, & Ducum in Germania.

Leopardi tres nigri, in aureo campo.

Vuamba Visigothorum Rex, in Hispania.

In Parma sanguinea, prætexta aurea munita, patera aurea, cui duæ limaces argenteæ insunt.

Thuringia Regum, et Ducum.

Leo, argenteo, & rubro colore dissectus, super lasali Sento.

Ioannes Participatius Dux Venetum.

Leo argenteus, cui subsunt fasciæ aureæ tres, & cælestinae totidem: quod erat Participatorum veterum.

B. Ursus Badoarius, Dux.

Zonæ transuersæ rubræ tres, & totidem argenteæ, quibus Leo aureus superest: quod est Badoariorum modernorum.

S. Petrus Urseolus, Dux.

Zonæ argenteæ transuersæ duæ, eminente Leone rubro, in campo cæruleo.

Vitalis Candianus, Dux.

Campus partitus in palum, dextra, Leo diuisus, cuius superior pars argentea in rubro: inferior rubra, in argento, quod erat Candianorum ueterum symbolum. Sinistra Zona azura transuersa, in argento; quod est modernorum Sanutum.

Tribunus Memus Dux.

Scutum partitum, superius aureum, inferius cæruleum; hic glandes tres aurei, illic cœlestini totidem.

Otho Urseolus, Dux.

Ursi duo aurei seinuicem respicientes, in area cærulea.

Petrus Barbolanus, seu Centranicus Dux.

Insigne partitum, hinc parma diuisa, inferius cærulea, superior aurea, cui auicula nigra, rostro ac pedibus rubris, inest: & hæc fuit Barbolanorum insignia.

Illinc, Scutum rubrum, & aureum, in octo partes diuisum, quod fuit Centranicorum symbolum.

Aurius Mastropetrus, Dux.

Concha sex marinæ aureæ, in cæruleo æquore.

Petrus Zianus, & Sebastianus, Duces.

Scutum in palum partitum, dextra Zonæ ceruleæ duæ, in campo argenteo; quod fuit Zianorum ueterum.

Sinistra, insigne diuisum, superiore parte aureum, inferiore cæruleum; in illa lilia cærulea tria; in ista totidem aurea; quod erat recentiorum Zianorum.

F I N I S.